

*G 12032.* N<sup>o</sup> 42 D. O. M. A. 1642, 4 #  
Disputationum Juridicarum  
SECUNDA,  
<sup>DE</sup>  
**REMEDIIS JURIS**  
**CREDITORUM ADVERSUS**  
**DEBITORES CONTUMACES, MO-**  
**ROSOS, ET LATITANTES,**  
Potissimum ex l. Consentaneum. s. Cod. quom. & quando Jud. &c.  
Qvam  
*Consensu & Authoritate*  
Magnifici Dn. Ordinarii, Ampliss. Dn. Senioris,  
ac reliqvorum Consultiss. & Excellentiss. inclytæ  
Facultatis Juridicæ Assessorum in celeberrimâ  
Lipsiensi Academiâ,  
**P R Ä S I D E,**  
*Viro Magnifico & Consultissimo,*  
**DN. CHRISTOPHORO PREIBISIO,**  
Phil. & J. U. Doctore, Prof. Publ. Facultatis Juridicæ, Na-  
tionis Polonicæ, & Collegii B. Mariæ Virginis Seniore, Sacr. Cæf.  
Majest. Aulæ, & Palatii Imperialis Comite, Sacr. Rom. Imperii  
Exempto, Fautore & Promotore suo singulari-  
ter suspiciendo,  
*Examini publico sistet*  
**WOLFGANGUS Vossraht/GEITHANUS,**  
Ad diem 3. Martii, 1642.  
*In Auditorio JČtorum Petrino.*  
—  
**LIPSIAE, typis GREGORII Kirschens,**

VII R I S

Integerrimis, Spectatissimis, ac Pruden-  
tissimis,

Dn. ADRIANO

Stegern/

Dn. SEBASTIANO

Öhmen/

Dn. CHRISTIANO

Lorenz/

Patronis ac Favitoribus suis  
apprime observandis,

*Theses bas Juridicas*

*offere*

WOLFG. BOLLRAHES  
Auth. & Resp.

IN NOMINE  
**DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI**  
ad omnes actus, omniaq; consilia feliciter progredimur,  
*ad Coloss. cap. 3. vers. 17. l. 2. Cod. de Officio Praefecti Praetorio Africæ &c.*  
*pr. l. i. ibidem. pr. de confirmatione Digestorum ad Senatum,*  
*& omnes populos, & sequenti, ad magnum*  
*Senatum.*

**P R O O E M I U M.**

 **M**ū m difficilimo hoc rerum statu, crescentibus indies malitiis hominum, non infreqvens sit in judiciis Accusatio contumacia, (eò enim ferè deventum est, ut dum reus sui præsentiam faciat in judicio, atque respondeat, sàpè dies non pauci prætereant non sine actoris querelâ) ea verò, qvæ quotidiana & usu frequentia, sàpiùs sint attingenda, & pleniùs tractanda ex dictamine recte rationis, afferente JCto Paulo *in l. leg. avi. 25. ff. de lib. leg. Ilipiano in l. i. ff. de susp. tut.* non abs esse duxi, hâc quidem vice hanc potissimum adversus contumaces traditam materiam juris, & quidem potiorem hanc ejus partem, sub disputationis incudem revocare.

**THESES I.**

Ex remediis igitur, qvæ à jure creditoribus contra debitores contumaces prodata sunt, ferè primum & præcipuum est beneficium d. legis *Consentaneum. 8. C. quom. & quando jud. attestantibus Gipbanio, Sichardo, Saliceto, in comment. super Cod. d. leg. pr.*

**II.**

Ex qvâ tria suppeditantur remedia, *Sichard. n. 4. d. l.* nimis cum capture personæ, sive citatio realis; immisio in possessionem bonorum debitoris; & denique sententia definitiva, sive progressus in causâ principali,

A 2

vul-

vulgò in contumaciam **verfahren**. Dissent. Giphanius, qvi tan-  
tum duo posteriora ponit, capturam à Glossographis adjectam  
esse afferens, ad d. l. consentaneum. in com. d. p. 271. & seq.

III.

Primum in ordine est remedium capturæ, *Sichar. ad d. l. noſt. n. 21.* ad cujus definitionem anteqvam deveniamus, præ-  
noscendum est, eam, quantum qvidem in jure advertere licet,  
& in quantum ad nostrum facit scopum, non unius, sed duplicis  
esse generis.

IV.

Et quidem ratione objecti ita commodissimè dividi potest  
captura, ut alia sit personalis, alia realis: & illa iterum vel ad  
sistendum & respondendum instituta, vel ad manendum  
in certo loco.

V.

Illa (aliàs citatio realis, (a) nec non personalis, (b) item pre-  
hensio (c) dicta) ita fortè definiri potest, qvòd sit actus (d) ju-  
dicialis, (e) qvo ad instantiam (f) creditoris (g) debitor  
(h) contumax (i) servatà juris formâ, (k) mandato Judicis  
(l) competentis, (m) per apparitores (n) reipsâ qvafsi per  
manûs impositionem in judicium ducitur, causæ liqvi-  
dandæ, sive respondendi gratiâ. (o)

(a) Nimirum à Giphanio, *Sichardo, Saliceto ad h. l. noſt. 8. Wesen-  
bec. in parat. ff. de in jus voc. num. 13. ad contradistincti-  
vendam vide-* licet citationem verbalem: fundata in hâc lege nostrâ, *in verbis,*  
*vel ad cogendum cum, ut se representet, extra hanc in c. si Clericos. 15.*  
*de ſent. excommunicationis in 6. Auth. quâ in provinciâ. ibi: preſenta-  
tus condenetur &c. C. ubi de criminibus ag. op. 1. nemo jud. i. C. de of-  
fic. divers. Jud. c. Mulieres, 2. de judiciis in 6. l. Medicos, 6. C. de Professo-  
ribus & Med. &c.*

(b) cap. d. 2. de judiciis in 6. Sichard. num. 21.

(c) Ab Agellio lib. 13. noctium Atticarum cap. 12. ubi eam ferè solis  
Tribunis plebis olim tributam refert.

(d) Genus, auctore Wesenbecio in parat. ff. de in jus voc. n. 13.

(e)

(e) Ad differentiam capturæ extrajudicialis, sive privatæ, de quâ infrà thesi II.

(f) Causa ~~wegna~~<sup>causa</sup> ~~caenlux~~<sup>caenlux</sup>. Wesenbec. in parat. d. loc. num. d. c<sup>i</sup>  
tra qvam judex neminem citare debet in causis privatis, per c. si-  
gnificasti. 18. X. de foro compet. l. peremptorium. 68. ff. de judic. unde  
reg. vulg. Judex officium suum impertit rogatus. DD. ex l. dies  
cautioni. 4. §. hoc autem. ff. de dam. inf. secus in publ. c. qualiter, &  
qvando. 24. X. de accusationibus.

(g) Accipitur h̄ic vocabulum creditor ad mentem. l. credito-  
res. io. & ii. ff. de V. S. qvâ de pluribus infrâ in remedio immis-  
fionis.

(b) Sunt debitor & creditor relata, & qvidem mutua, in qvi-  
bus obtinet reg: Qvot modis dicitur unum relatorum, tot mo-  
dis dicitur & alterum, uti constat ex Log. adde Eberh. intop. in  
loco à correlativis, insuper l. debitor. 108. ff. de V. S. l. pecuniae. 78. ibid.

(i) Subiectum citationis realis est debitor contumax. Contumax verò vulgò is dicitur, qvi tribus vicibus, vel unā pro tribus citatus, non comparet, *per l. contumacia. ff. de re jud. S. I. d.l.* consentaneum. 8. ut ita subiecti locum sustineat omnis, in qvem quidem cadere potest contumacia, nisi speciali immunitate gaudet.

**Q**uocircà excluduntur ex hoc numero, & qvidem i. non-nulli generaliter & à πλω̄s, ut sunt omnes illi, qui recensentur ab Ulpiano in l. in jus vocari. 2. ff. de in jus voc. ex ratione, qvia hos neqve verbaliter citare licet. d.l. **Q**vibus adde i. Infantes & furiosos. ex l. qviq̄s litigandi. 4. d.t. ratio, qvia omni destitutiūtur intellectu, nec ullum animi judicium habent, per l. ait. Prætor. i. §. hoc edicto. 6. ff. ne vis fiat ei. l. si cum. 22. §. si maritus. 7. ff. soluto matrimonio. l. Pupillus. 9. ff. de acquirendâ vel amitt. hered. unde nec contumaces dici possunt.

2. Pupillos & minores: Ratio, qvia legitimam standi in judicio personam non habent, per leg. in rebus. 2. Et t.t.C. qvi legitimam personam &c. ratio rationis forsan, qvia in his τὸ Βγλευτικὸν ἀτέλες, Philosoph. I. Polit. II. & 3. Ethic. Nicom. c. 5. unde nec deliberare possunt, utrum transactionem subire, an verò suscipere de-  
fen-

fensionem magis expeditat. l. i. ff. de edendo. unde nec de his contumacia, neq; eisdem pœna prædicari potest.

3. Mulieres, &c i. qvidem ex ratione cum prædictis personis communi, nimirum infirmitatis judicii: unde nec ipsæ legitimam standi in judicio personam sustinere videntur, moribus præsertim Saxonis, Churf. S. Gerichts Ordnung cap. 8. cujus ratio itidem videtur τὸ βγλευλικόν, qvod secundūm Philosophum in iis est ἀκυρον, l. c. qvapropter nec de his verè & propriè contumacia, qvæ ex num. τῶν πξομρετῶν. arg. l. Fulcinius. 7. §. 5. & passim. ibid. ff. qvib. ex caus. in pos. eatur. dici potest.

2. Ex ratione speciali, pudoris & verecundiæ huic sexui debite, moribus imprimis Romanorum, apud qvos improbatum, rapere in jus mulierem, aut corpus ejus tangere. Valer. lib. 2. Wesenbec. in parat. ff. de in jus voc. n. 9. unde illud privilegium sexus in l. i. C. de offic. diversorum judicium, Auth. sed hodiè. ibidem. Novell. 134. c. 9. ratio ibi assignata, ne per ejusmodi occasiones inveniantur circa castitatem injuriatæ, ἵνα μὴ Δλα τῶν τοιχτῶν αὐθοῦμῶν ἐνρεθῶσι τῇ τὴν σωφροσύνην υβριζόμεναι, ut habet textus originalis pag. 356. qvod contra publicam honestatem ac pudicitiæ dignitatem, arg. l. si qua illustris. 5. C. ad SCium Officianum. d. c. mulieres. 2. de judiciis in 6. Diversum obtinet in l. i. §. qvid ergo. ff. de inspicioendo ventre.

2. Quidam κατά τι, ut sunt i. Parentes, patroni, & alii recensiti, in d. l. qvig; litigandi. 4. §. Prætor ait i. ff. de in jus vocando. l. Venia edicti. 2. C. eod. ex ratione ibidem assignatâ, adde l. liberto. 9. ff. de obseq. parent. & patr. præst. l. parentes. 6. ff. de in jus vocando.

3. Quidam ex speciali privilegio, ut sunt i. Milites in expeditione agentes: Ratio, qvia major rei publicæ, qvam privatae cura habenda, arg. l. milites. 34. C. de locat. & cond. l. minimè. 35. ff. de relig. & sumptib. funerum. l. postlim. 19. §. Filius. 7. ff. de captiuis & postlim. reversi.

2. Episcopi, per Novell. 123. c. nulli verò. 7. de sanctissimis Episc. Adde Eberh. in top. leg. in loc. à milite armata militia ad militem militiæ coelestis.

3. Præter hos etiam alii versantes in Ecclesiâ. l. fideli devotag.

2. C.

2. C. de his, qui ad Ecclesias. cap. decet domum domini. 2. de immunitate Ecclesiarum. in 6.

4. Hoc privilegium quoqvè subministrat cuiusq; domus, si-  
ve propria, sive conductitia, ut inde capi, sive eā invitū ex-  
trahi nemo debeat, scilicet ob causam pecuniariam privatam,  
*Sichard. d.l. n. 25. 26. 27. per l. plerique. 18. ff. de in jus voc. adde l. sed*  
*et si. 21. ff. d.t. per rationem assignatam in d.l. plerique. nimirum,*  
*quia domus cuiqvè tutissimum refugium & receptaculum esse*  
*debet.*

5. Legum Doctores, & Academiarum Professores, per l. Medi-  
cos. 6. C. de Professorib. & Med.

6. Advocati. arg. l. Advocati. 14. C. de Advocatis diversorum judi-  
ciorum, qvoniam & hi militare creduntur. *Mattb. Stephani in*  
*loc. à milite armata militiae ad militem militiae togatae. p. 346.*

(k) Forma, ratione nimirum debitæ præcedentis citatio-  
nis, & accusationis. *Sichard. d.l. circa finem. num. 21. & 28. quā*  
*de re infrā in immissionis remedio pleniū tractabitur.*

(l) Efficiens, præceptum sive mandatum judicis, sine quo  
nulla procedit citatio. *arg. l. etiam. 29. §. ult. ibi: ad agendum à Pra-  
side evocato. ff. de minoribus. l. neminem. fin. C. de exhib. reis. c. i. §. con-  
trahentes. de foro competenti in 6. Wesenbec. in parat. ff. de in jus voc. n.  
13. & Judicis quidem κατὰ πρότερον Ordinarii, Sichard. circa fin.  
n. 22. it. 30. per l. in jus vocati. 2. ff. d.t. καθ' ὑπέρεργον etiam delegati, per  
leg. cui jurisdiction. 2. ff. de jurisdictione. & t.t. ff. de officio ejus, cui man-  
data est jurisdiction, vide tamen distinguentem hīc Sichardum  
d.l. n. 29.*

(m) Restrictio causæ efficientis, ad hoc nimirum, ne processus  
reddatur nullus, vel invalidus, cùm supra jurisdictionem, vel  
extra territorium citanti impunè non pareatur, *l. extra territo-  
rium. fin. ff. de jurisdictione. l. ex quacunqvè. 2. §. 1. ff. si quis in jus voca-  
tus non ierit.*

(n) Causa instrumentalis, nuncius sive apparitor, qui ad  
præscriptum suæ commissionis citare debet, *Wesenbec. in parat.  
d.t. n. 13. per c. venerabili. X. de officio & potestate jud. delegati. & c. cum  
dilecta, de rescriptis. eod.*

(o) Causa finalis. *arg. l. quia quisqvè. 1. ff. de edendo. Sichard. d.l.  
circa*

*circa fin. n. 21. cùm difficulter in non auditas partes sententia feratur, l. ab eo. 2. C. quom. & quandojud. & seq.*

- Hæc scilicet ad manendum instituta iterum subdividi potest in Ordinariam, qvæ fit secundum ordinem executivum ad carcerem tædialem, (a) vulgò **Schuldthurm** (b) & Extraordinariam, qvæ fit citra dictum ordinem executionis ad carcerem obedientialem, sive liberam custodiam, vulgò **Bürgerlichen Gehorsam**. (c)

(a) Casparus Mancius in patrocinio depauperatorum debitorum, decade 1. qvæst. s. n. 8.

(b) Novella Constit. Elect. Augusti part. 2. c. 22. Berlich. p. 2. conclusione 28. Dn. Carpzov. in defin. suis forensibus p. 2. const. 22. per tot.

(c) Dieta Novella Constit. Elect. Aug. d. p. 2. c. 21. Berlich. d. l. conclusione 27. Dn. Carpzov. d. l. per tot. Casparus Mancius in d. patrocinio depauperatorum debitorum, decade 1. qvæst. s. num. 29.

## VII.

Illa ita definiri potest, qvòd sit actus executivus, (a) quo juris ordine servato (b) ad instantiam creditoris (c) debitor contumax & morosus (d) non solvendo repertus (e) jussu judicis (f) captus (g) in carcerem (h) mittitur, qvò tædio affectus tandem de mediis solutionis & liberationis sit sollicitus. (i)

(a) Genus. Colerus in proceß. execut. p. 1. c. 6. num. 2. & 3.

(b) Forma. Ratione 1. præcedentis liqvidationis debiti, cùm executio fieri haud possit, nisi in liqvidis & probatis, Bart. in l. si se. 4. §. si ex conventione. n. 1. ff. de re judicatâ. Gail. 1. observ. 68. n. 6. & vel per rem judicatam; per hanc enim debitum maximè fit liqvidum, per ea, qvæ afferuntur à Gailio 1. observ. 44. n. 7. vel per confessionem partis scilicet judiciale, cùm confessus habeatur pro judicato, l. i. ff. de confessis. Berlich. d. conclusione 28. n. 52.

2. Ordinis executivi præscripti, in l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud. ut nimirum executio non incipiat à capturâ personæ, sed à bonis, (hæc enim, anteqvam excutiantur, sciri non

non potest, an solvendo sit debitor, per ea, quæ afferuntur. *¶*  
*Colero d. part. i. c. 6. n. 118. Boërio, decisione 349. n. 7.* progredivo  
nimirum à mobilibus ad immobilia, iisq; non sufficientibus  
ad nomina exigibilia, siq; nec inde satisfieri possit creditori,  
ut tunc demum recurratur ad extremum capturæ remedium.  
*dictâ Novell. Const. Elect. Augusti p. 2. c. 22. ibi: nach ergangener*  
*Hülfss. Coler. d. l. n. 115. Churf. S. Processus und Gerichts-*  
*Ordnung. c. 52. pr. Berlich. p. 1. conclus. 81. num. 46. Id. p. 2. con-*  
*clus. 28. n. 56. Dn. Carpzov. d. l. p. 2. constit. 22, defin. 4. p. 596. Coler. d. l.*  
*p. 3. c. 9. n. 19.*

(c) Causa *ωργαταξιλυη*, cùm semper hîc obtineat reg. qvòd  
Judex in privatis non nisi imploratus suum impertiatur officium,  
per allegata supr. thesi 3. lit. f. Adde *Mancium d. l. decad. 1.*  
*quæstione 4. n. 32.*

(d) Scilicet in non solvendo, ut supr. thesi præced. s. in non ve-  
niendo, lit. i. vide *Cass. Manc. d. l. n. 24. & seq. Berlich. l. c. n. 9.*

(e) Nimirum posteaquam bona jam excussa sunt, per allega-  
ta supr. lit. b. hâc thesi. Adde *Manc. d. l. n. 32.* Ut ita subjectum,  
hujus capturæ sit debitor contumax, & morosus excussis bo-  
nis non solvendo repertus. Personas ab hâc capturâ immu-  
nes longâ serie recensere hâc vice superfluum visum fuit, cùm  
hoc ab aliis jamjam factitatum, ut *Berlichio d. l. n. 39. & c.*  
*Dn. Carpzovio d. l. defin. 18. & seq. p. 601. Mancio d. decade 1. quæst. 7.*  
*per totum.*

(f) Efficiens: per rationem *JCTi Pauli generalem in l. non*  
*est singulis ff. de reg. jur. Col. d. part. i. c. 6. num. 16.*

Ratio specialis; cùm captura personæ sit citatio realis, &  
species jurisdictionis, ac propterea privato non concessa, *Co-*  
*ler. d. l. n. 11. & seq. Adde Mancium d. decade 1. quæst. s. n. 130.* Et qvi-  
dem Judicis competentis, per ea, quæ tradita sunt à *Berlichio d. p.*  
*2. conclusione 28. num. 51. Carpzov. pag. 596.*

(g) Scilicet per apparitores, sive *Officiales. Gail. de pace,*  
*publ. lib. 2. c. 2. num. 8. & 9. Berlich. d. p. 2. conclusione 27. n. 25. & pas-*  
*sim ibidem.*

(h) Non tamen illum tenebricosum & subterraneum, qvî  
poenalis dicitur, *Manc. d. decad. 1. quæst. s. n. 5. comparatus pro*

facinoris hominibus, Novell. Constit. Elect. Augusti d.p.2. const.  
22. ibi: Es soll aber. Berlich. d.l.n.67. sed tolerabilem, vulgo  
taudialem. d. Constit. Novell. Elect. August. Adde Manc. d. decad. i.  
qvæst. 5. conclusione 3. n.97. & seq. ubi simul de carcere & pœnâ  
malitiosorum debitorum, vulgo decoctorum, banciruptorum,  
& fallitorum.

(i) Causa finalis, Manc. d.l. n.65. Col.d.c.6.n.82.

### VIII.

Hæc scilicet Extraordinaria nihil est aliud, quam me-  
dium sive modus pervenienti ad exolutionem debi-  
ti, (a) quo præviâ creditoris instantiâ (b) debitor sol-  
vendo existens per contumaciam solvere detrectans,  
(c) authoritate Judicis (d) captus, (e) certo loco (f) ma-  
nere jubetur, satisfaciendi, (g) & obedientiæ exigen-  
dæ (h) gratiâ, de consuetudine receptus, (i) ac jure per-  
missus. (k)

(a) Genus. Mancius d.l. num. 59. Wesenbec. in parat. ff. si quis  
jus dicenti &c. num. 6. locum habens, etiamsi debitor pacto se-  
non obstrinxerit ad carcerem, dictus Mancius cit. decade 1. qvæst. 5.  
n.14.24. & seq. 31.32.33. & 46.

(b) Vid. thes. præced. lit. c.

(c) Subiectum capturæ extraordinariæ; ex predicto authore  
cit. l. conclus. 1. num. 14.25.32.

Subjecta exclusiva, sive personæ ab hoc capturæ genere  
immunes videri possunt apud eundem Mancium d.l. conclu-  
sione primâ. num. 47.48. &c. conclusione secundâ. num. 62. &c. quò  
benevolum lectorem brevitatis studio remissum volo.

(d) Efficiens: repeate huc, quæ dicta sunt thesi præced. lit. f.

(e) Vide lit.g. thes. præced.

(f) Solet enim interdum pro ratione personæ totum pala-  
tium, vel tota civitas alicui pro carcere assignari. Gail. de pigno-  
rat. observ. n.4. Coler. d.p. 1. c.6. n.ii.

(g) Causa finalis; ex dicto authore cit. l. n.82. & 92.

(b)

(b) Wesenbec. in parat. ff. si quis jus dicenti. n. 6. Coler. num. 81. d. l.  
Manc. n. 46. d. loc.

(i) Gail. lib. 2. de P. P. c. 2. n. 8. Manc. d. l. n. 33.

(k) Petrus Peck. de jure sistendi. c. 5. n. 15. Gail. d. l. per l. i. C.  
qui bonis cedere poss. l. nemo carcerem. 2. C. de exactoribus tribu-  
torum.

### IX.

Realis, ut capture pignorum, (a) ita fortè describi potest,  
qvòd sit Remedium juris executivum, (b) quo ad instan-  
tiā creditoris (c) debitori contumaci & moroso (d)  
jussu judicis (e) servatis juris solennibus (f) per execu-  
tores (g) pignora auferuntur, qvibus, solutione justo  
tempore (h) non secutā, distraetis (i) suum tandem cre-  
ditor conseqvatur. (k)

(a) Fundata in l. debitoribus. 31. ff. de re judicatā. l. eos, quos. C.  
de exec. rei judicatæ. Wesenbec. in paratit. ff. si quis jus dicenti.  
num. 6.

(b) Genus. Berlich. d. part. 1. concl. 81. pr. Coler. de proces. exec. p. 3.  
c. 5. num. 2. & passim.

(c) Causa ὡργαταγούλην; nec enim proprio motu Iudex  
executionē decernere potest, per d. l. dies cautioni. 4. §. hoc autem.  
§. ff. de damno infecto. l. Si quis navicularius. 2. C. de naufragiis.  
Churf. S. Gerichts Ordin. cap. Von der Execution vnd  
Hülffe. 39. ibi: Off sein Ansuchen. pr. cùm ipsi de jure cre-  
ditoris, qvod ex facto oritur, nihil constare posse, undē nec ju-  
dicare, vel pronunciare citra implorationem poterit, Berlich.  
d. part. 1. conclus. 81. n. 2. arg. l. si putator. 31. sub finem. l. si ex plagis.  
52. §. in clivo. 2. ff. ad Leg. Aquil. Coler. d. p. 3. c. 4. per totum.

(d) Subjectum hujus capturæ, per d. l. 31. ff. de re judic. ibi:  
Si qui tamen per contumaciam &c. Berlich. d. l. num. 14. Subjecta  
exclusiva ferè eadem, qvæ immisionis in possess. bonorum,  
qvâ de re infrâ thesi 13. lit. g. Est enim mora, qvæ h̄ic concurrit,  
non minùs ac contumacia culpæ species, ac ex num. τῶν ὡρ-  
αγετῶν. Mancius d. decad. 1. quæst. 5. num. 28. arg. l. si servum. §. 3.  
ff. de V. O. collect. m. v. p. 21. quæst. 1. num. 10. arg. l. si servum.

B 2

(e)

(e) Efficiens: nec enim privatâ creditoris autoritate cāptura pignorum procedit. d. l. non est singulis. 176. ff. de reg. jur. l. un. C. ne quis in suâ causâ &c. Churf. S. Gerichts Ordnung. d. c. 39. pr. p. 96.

(f) Forma: hæc consistit i. in præviâ debiti liqvidatione. d. l. 31. ff. de re jud. ibi: Qui fatebuntur debere, aut ex re judicata &c. l. eos, quos. C. de execut. rei jud. Adde, quæ dicta sunt suprà thesi 7. lit. b.

2. In antecedaneâ præcepti executivi insinuatione. Berlich. d. part. 1. concl. 81. num. 11. Coler. d. p. 3. c. 7. n. 1. & seq. c. 8. n. 11.

3. Observatione ordinis executivi, Churf. S. G. Ordin. d. c. §. Anfanglich zwar. Berl. d. l. n. 45. 46. &c. repete huc, quæ dicta sunt suprà thesi 7. lit. b. n. 2.

(g) Causa instrumentalis, Coler. d. p. 3. c. 9. num. 8. & seq. per l. 1. C. de exec. rei judic. Churf. S. Gerichts Ordin. d. c. ibi: Durch die dazu gegebene/vnd verordnete Executores. p. 96.

(h) Qvod de jure Civili est quadrimestre spatium, Berlich. d. part. 1. concl. 81. n. 15. per l. intradi. 7. ff. de re jud. l. eos, qui condenati. 2. C. de usuris rei judic. Wesenbec. in parat. ff. de re jud. n. 9. Coler. d. p. 3. c. 6. num. 2. & seq.

De jure Saxonico hodierno spatium 6. septim. & 3. dierum, vulgo terminus legalis, Berlich. d. conclus. 81. n. 16. Wesenbec. d. n. 9. Coler. d. p. 3. c. 7. n. 7. & seq. Constit. Novell. Elect. Aug. 32. p. 1. post pr. ibi: Dazu ihm dann. Churf. S. G. Ordin. d. c. Von der Execution. 39. §. Wann aber das Urtheil. Plura apud modò cit. Berl. d. l. n. 146.

(i) Effectus. d. l. 31. ff. de re jud. circa fin. Berlich. d. l. n. 147. Coler. d. p. 3. c. 9. n. 72. per l. cum in causâ. 2. C. si in causâ judicati pign. captum. Idem p. 1. c. 10. num. 210. ita tamen, ut residuum, in quo pretium rerum superat quantitatem debiti, restituatur debitori. d. l. 31. ff. de re jud. in fine. Coler. d. p. 1. c. 3. n. 145.

(k) Causa finalis, modò d. l. 31. ibi: ad satisfaciendum. Coler. c. l. p. 3. c. 9. per totum. Et hæc quidem de capturâ reali ex ordine executivo, & in genere.

## X.

Datur præter hanc etiam capture quædam realis, quodammodo

modò extraordinaria, scilicet adversus eos, qui per contumaciam  
cessant solvere debita fiscalia, t.t. C. de capiendis & distrah. pigno-  
rib. tribut. caus.

2. Adversus rusticos debita servitia contumaciter detrac-  
stantes, sic dicta extraordinaria, quia non expectato ordine  
illo executivo, pignoribus captis, ad obedientiam rediguntur,  
per ea, quae latè hic adducit Dn. Carpzov. p.2. Conſt. 27. defin. 4. Ber-  
lich. d.p.2. concl. 34. n.19. &c. quò benevolum lectorem, quia non  
hujus loci, brevitatis causâ remissum volo.

### XI.

Utraqve tamen personalis, quam realis ratione formæ subdi-  
vidi potest in Judiciale, cuius generis sunt modò dictæ ca-  
pturæ species omnes, & Extrajudiciale, quæ privatâ per-  
mittitur authoritate, & non est hujus loci, cuius exempla vi-  
deri possunt, & quidem qvoad capturam personalem, in l. in  
jus vocari. 2. l. plerique. 18. ff. de in jus vocando. Adde Wefenbec. in  
paratit. ibidem n.2. l. Prætor ait. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in frau-  
dem creditorum; qvoad capturam realem ex jure consuetudi-  
nario, vide Colerum part. I. c. 3. per tot. Berlich. d. p.2. conclus. 34.  
Carpzov. d. p.2. Conſt. 27. defin. 3. Sed ut dixi, haec non ad nostrum  
scopum.

Et hactenus quidem de remedio adversus debitores contu-  
maces & morosos primo.

### XII.

Sequitur alterum remedium juris, quod traditum est ad-  
versus debitores contumaces, & latitantes, nimirum immis-  
sio (a) in possessionem bonorum debitoris contumaci-  
ter latitantis, quæ duplicis generis, & ratione finis ita dividi  
potest, ut alia sit nudæ detentionis, (b) vulgo decreti pri-  
mi, (c) alia non nudæ detentionis, sive transferendæ posse-  
sionis, vulgo decreti secundi.

(a) Sumitur missio in possessionem potissimum dupli-  
citer, i.e. pro remedio adversus contumaces & latitantes, uti  
b. l. per d. l. Consentaneum. l. si quis. 8. §. 3. Cod. de præscriptione 30.  
vel 40. annorum. Novell. 53. c. 4. §. 1. de exhib. reis. t. t. ff. quib. ex cau-

sis in poss. eatur. & seq. Magnif. Dn. Ordin. D. Sigism. Finckelhaus  
Obseru. 4. n. 1.

2. Usus ejus etiam est extra causam contumaciæ, ut videre  
est in l. i. ff. de reb. auctb. jud. poss. t. t. ut in poss. legat. t. t. de ventre  
in poss. mittendo. qvæ acceptio non huc spectat.

(b) Appellatione à re ipsâ desumptâ, monente Imperat. Justi-  
niano Instit. de donationibus. §. 5. tit. Quibus mod. test. infirmen-  
tur. §. 6.

(c) Ita vulgò distingvuntur hæ immisiones, ut alia dicatur  
primi decreti, alia secundi, Wesenbec. in parat. ff. de damn. inf. n.  
4. & 7. Treutl. vol. 2. d. p. 24. thes. 2. & 3. Verùm cùm rō primum,  
vel secundum esse sit ex accidenti, & species non distingvan-  
tur tempore, sed differentiis & causis, uti constat ex Logicis,  
(adde, qvæ hanc in rem afferuntur ab accuratissimo Giphanio in  
disput. de divisionibus juris thesi 6.) malè, vel minùs accuratè ex-  
inde distinctio infertur, qvamvis altera illa suæ authoritati  
meritò relinqvatur.

### XIII.

Illa, scilicet nudæ detentionis, nihil est aliud, qvam  
actus (a) qvidam solennis, (b) quo creditor (c) decreto  
prætoris (d) in possessionem (e) bonorum (f) debitoris  
(g) contumaciter latitantis (h) per apparitores (i) intro-  
ducitur, ad rem custodiendam (k) & pignoris loco ser-  
vandam, (l) quo debitor, tædio affectus, veniat tandem  
ad respondendum. (m)

(a) Genus. Videatur Neldelius in applicatione speciali precepto-  
rum Logicorum ad jus nostrum. pag. 535. Matthias Stephani in Dial.  
jurid. pag. 32. 33. De hâc immisionis specie videri etiam po-  
test Berlich. p. 1. conclus. 17. n. 23. & seq. Carpov. part. 1. constit. 9. de-  
fin. 6. num. 1.

(b) Wesenbec. in parat. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. n. 7. Solen-  
nitate consistente, 1. in præviâ Creditoris instantiâ, Wesenbec.  
d. l. n. 5. per d. l. dies cautioni. 4. §. hoc autem, 8. ff. de damno infecto.  
idem Wesenb. in comm. ibidem n. 7. Sichard. ad l. nosf. 8. n. 32.

2. In præcedente trinâ citatione, vel unâ peremptoriâ. d. l.

Con.

*Consentaneum, ibidemq; Sichard. n.5. Wesenbec. d. comment. ff. de  
damno infecto. n.7. cùm contumax non habeatur, nisi modo le-  
gitimo citatus, per ea, quæ adducuntur à Carpzovio part. i. const. 9.  
defin. 6. n.1. ubi simul processus contumaciæ, qui habetur in ju-  
re Sax. videri potest, addito Berlichio p. 1. concl. 7. per tot. Churf.*

**S. II. Gerichts Ordin. cap. 10.**

*3. Præmissa contumaciæ accusatione, Sichard. d.l.n.32.l.prope-  
randum. 13. §. & si quidem. 2. C. de judiciis, cùm contumax regulariter  
non habeatur, nisi contumacia accusetur. Carpzov. d.p.1. const.  
g. defin. 15. n.5. Ejusdemq; probatione. l. hæc autem. s. §. non defen-  
di. 1. ff. qvibus ex caus. in pos. eatur.*

*4. Summariâ causæ cognitione; videlicet quidnam debea-  
tur, & cujusmodi sit debitoris frustratio. Wesenbec. d.comm. ff.  
qvibus ex caus. in pos. eatur. n.7. idem in ff. de damn. inf. n. eodem. ubi  
qvandam adhibet distinctionem inter actiones reales & perso-  
nales. Adde Nov. 53. cap. si vero. 4. §. l.*

*(c) Subjectum, quod mittitur. Videtur autem ea hujus vo-  
cis acceptio hic potissimum attendi, quæ habetur in l. Credito-  
res. 10. ff. de V. S. ubi Ulpianus interrogatus, qvinam credores,  
ut in possessionem mittantur, postulare possint, responderet,  
creditoris accipiendo esse non solum eos, qvibus debetur ex  
mutuo. l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. ff. de reb. cred. sed omnes,  
qvibus ex qvilibet causâ debetur, ex qvâcunq; actione, sive  
persecutione, qvocunq; remedio juris sive civili, sive præto-  
rio, sive purè, sive sub conditione, modò nullâ exceptione per-  
petuâ repellî possit. Gædd. ad d.l.10. n.5. addet l. seq. 11. & 12. ff. de  
V. S. Excluditur ergo l. is, cui ex naturali duntaxat obliga-  
tione debetur, d.l.10. infin. ibi: quod si natura. nec enim ejusmo-  
di obligatio in jure qvicquam roboris habet. arg. l. juris gen-  
tium. 7. §. sed cum. 4. ff. de pactis.*

*2. Qui justâ exceptione repellî potest. d.l.10. ff. de V. S. l. Mar-  
cellus. 66. ff. de reg. jur. cùm nihil intersit, ipso jure actionem  
qvis non habeat, an per exceptionem infirmetur. l. nihil in-  
terest. 112. ff. de reg. jur. Adde Wesenbec. in paratit. ff. de damn. in-  
fect. num. 6.*

*(d) Causa efficiens immisionis: nec enim privatâ authori-  
tate*

tate creditor occupare bona debitoris potest ex hoc qvidem.  
cap. contumaciæ, arg. l. extat. 13. ff. qvod metus causâ. τῷώτως  
qvidem magistratus superior, sive Ordinarius, qui jus mitten-  
di habet, qualis est is solus, cuius in territorio bona debitoris  
sunt sita, Wesenbec. in paratit. ff. quibus ex causis in poss. eatur. per l.  
cūm unus. 12. § pen. ff. dreb. auth. jud. poss. (Et hoc est, qvod JCtus  
ait in l. jubere. 4. ff. de jurisdictione, missionem in possessionem  
magis esse imperii, quam jurisdictionis.) ἐπομένως etiam De-  
legatus & Municipalis, per d. l. dies cautioni. 4. §. duas. 3. ff. de  
damno infecto. arg. l. ult. §. 1. ff. de officio ejus, cui mandata est ju-  
risdict. l. fin. C. de jurisd. omnium jud. Wesenbec. d. com. ff. ex quibus  
caus. in poss. eatur. n.s.

(e) Sumitur vocabulum possessionis potissimum dupli-  
ter, i. pro ipsâ rerum proprietate. per l. interdum. 78. ff. de V.S.  
l. Imperatores. 17. ff. de serv. rust. prædior.

2. Freqventius pro eo jure, quo res absq; dominio deti-  
netur. l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. posside-  
ri. 3. §. ult. ff. eod. l. Fulcinus. 7. §. Celsus. 17. ff. quibus ex caus. in  
poss. eatur.

(f) Materia, sive objectum immissionis: Nimirum bona  
debitoris contum. olim qvidem indiscriminatim universa.  
Wesenbec. d. comm. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. n. 6. per gloss. in  
l. cūm proponas. 9. C. de bonis auth. jud. poss. l. 1. ff. quibus ex caus. in  
poss. eatur. Wesenbec. d. comm. ff. de damn. infect. num. 7. jure verò  
Novellarum pro modo & proportione eorum, quæ debentur,  
τῷ μέρεον τῆς Διαφανούσης χείρος, ut habet textus origi-  
nalis. Novell. 53. c. 4. §. 1. de exhib. reis. Auth. & qui jurat. C. de bo-  
nis auth. jud. poss. ibi: pro mensurâ declarati debiti. Canonici di-  
stingunt inter actiones personales & reales: in his qvidem  
concedentes immissionem in possessionem rei petitæ, ita ut,  
si tota res petatur, in totius rei possessionem missio fiat, si  
pars in partem petitam, cap. qvoniā. s. §. in aliis. X. ut lite non  
contestatâ. cūm absurdum videatur, qvenquam in plus mitti,  
plusq; ei adjudicari, quam petat. Wesenbec. d. comment. ff. de  
damno inf. num. 7. In illis verò non nisi pro modo debiti decla-  
rati, d. cap. qvoniā.

(g)

(g) Repete huc, qvæ dicta sunt supr. b. thesi lit. c. Sunt enim debitor & creditor relata, & qvidem mutua, qvorum eadem formalis prædicandi ratio, per ea, qvæ prolixè adducuntur ab Eberhardo in top. legal. in loco à correlatis.

(b) Qvis autem dicatur contumax, vel latitans, videatur.  
1. contumacia. §3. §.1. ff. de re judic. d.l. Consentaneum. C. qvomodo & quand. jud. d.l. Fulcinius. 7. §. 4. & passim. ibid. Est itaque subjectum, qvod patitur immisionem, debitor contumax & latitans, sive contumaciter absens: effectu enim considerato, hæc duo inter se conveniunt, dum nimur ab utroqve id agitur, ut judicium eludatur, & sic remoræ injiciantur actori. d.l. Fulcinius. 7. §. quid sit. 4. ff. qvibus ex caus. in poss. eatur. cùm contumacia, ut dictum suprà thesi 5. lit. i. num. 3. ex num. τῶν περὶ τοῦ, & delictis æqviparetur Zasius ad d. l. contumacia. §3. §. 1. d.l. Fulcinius. 7. §. quid sit. 4. & §. adeò. 9. ff. qvib. ex causis in poss. eatur.

Qvapropter eximuntur ab hæc contumaciæ pœnâ, qvicunque non contumaciter absunt, ut sunt 1. in genere omnes, qvi tutorum & curatorum ope indigent, defectu & imbecilitate judicii laborantes, qvales sunt 1. Furiosi, l.t. & t.t. ff. de curatoribus furios. l. ait Prætor. 1. §. hoc edicto. 6. ff. ne vis fiat ei & c. d.l. Fulcinius. 7. §. 9. & seq. ff. qvib. ex caus. in poss. eatur.

2. Pupilli, per l. modò cit. juncta l. si pupillus. 15. ff. qvibus ex caus. in poss. eatur.

3. Minores. l. si minor. 5. ff. de reb. auth. jud. poss. l. minor. 8. & t.t. ff. de minoribus 25. annis. Unde rectè traditur, qvòd nec sui sint, nec sui idonei defensores. d.l. Fulcinius. §. 9.

4. Prodigi; cùm nec hos propriè latitare quis dixerit, verba  
*Cti in sepè d.l. Fulcinius. §. 12. l. 1. & t.t. ff. de curatorib. furios. & aliis.*  
Si tamen causa urgeat justa, & dilatio damnum sit allatura, immissio nominatim permittitur. d.l. Fulcinius. §. 10. 11. & 12.  
Juncta l. si minor. 5. ff. de reb. auth. jud. poss.

5. De jure Saxonico Mulieres, cùm & hæ Curatorum ope indigeant. Churf. S. G. Ordnung. cap. 8. per rationem assignatam suprà thesi 5. lit. i. num. 3. Adde Berlich, d. conclusio. ne 17. num. 100.

2. In specie. I. Adversâ valetudine laborantes. d.l. contumacia. s3. §. 2.

2. Majoris causæ occupatione detenti. l.d. §. d.

3. Non ex turpi, sed honestâ causâ latitantes. d.l. Fulcinius. §. 4.

4. Reipubl. cæ causâ absentes. l. contra pupillum. s4. ff. de rejud. junctâ l. i. & t.t. ff. ex qvib. cauſ. maiores 25. an. in integr. rest.

5. Ad majus auditorium evocati. d.l. s4. §. 1.

6. Ab incompetente citati. d.l. contumacia. §. ult.

De jure Saxonico, qvæ impedimenta relevant à pœnâ contumacia, (qvæ isto jure certo resp. est amissio causæ) videri potest Berlich. d. conclusione 17. n. 48. Carpzovius d.p. 1. const. 9. defin. 7.

(b) Causa instrumentalis; Wesenbec. in parat. ff. qvib. ex causis in poſſ. eatur. n. 7. idem q3 ff. d. damin. inf. n. eodem.

(i) Effectus immissionis, & qvidem I. custodia rerum, ne videlicet pessum eant, Wesenbec. in parat. ff. qvibus ex causis in poſſ. eatur. n. 8. per c. contingit. X. d. dolô & contumacia. t.t. X. qui mittitur in possessionem. l. poſſideri. 3. §. fin. ff. de acquirendâ vel amitt. poſſ. ad excludendum I. dominium, d.l. poſſideri. 3. §. illud quoqvè. 19. ff. de acqvir. poſſ. juncto §. quod antem. 23. ibidem. 2. Possessionem; d.l. poſſideri. junctâ l. si quis ante. 10. §. idem Pomponius. ff. de acqvir. vel amittend. poſſ. cùm aliud sit in possessione esse, aliud poſſidere, expressus textus in d.l.

(k) Secundus effectus, consecutio pignoris, scil. Prætorii. t.t. C. de prætorio pignore. Wesenb. d. comm. ff. de damn. inf. n. 6.

(l) Causa finalis; Wesenb. d. comm. ff. qvibus ex causis in poſſ. eatur. n. 8. per l. is cui. §. ff. ut in poſſ. leg. expressior textus in c. quo-niam. §. §. in aliis. X. ut lite non contest.

#### XIV.

Hæc, nimirum transferendæ possessionis, sive decreti secundi, est remedium (a) Prætoris, (b) quo creditori iam immisso (c) impletâ juris solennitate (d) potestas tribuitur (e) bona (f) debitoris, tempore justo (g) elapso, (h) in contumacia, sive latitatione fraudationis causâ (i) perseverantis, (k) poſſidendi (l) ac vendendi, (m) ne evidens debi-

d. bitoris dolus impunitus relinqvatur, & consulatur  
tandem agenti creditoris. (n)

(a) Retento nomine generis ex Giphanio ad h.l.nost.8.pag.272.

(b) Causa efficiens; repete huc, quæ dicta sunt suprà thesi præced.  
lit. d. qvi enim primum decretum interponere potest, potest &  
secundum. Wesenb. d. comm. ff. de damn. inf. n.7. p.1022.

(c) Scilicet ex primo decreto, qvō de in thesi præcedente.  
Repete huc, quæ dicta sunt ibidem de creditore lit.c. nisi, qvōd hīc ex-  
cludatur creditor conditionalis, per l. si quis. 14. §. fin. ff. quibus  
ex causis in poss. eatur.

(d) Forma; d.l. Consentaneum. Hæc spectatur i. in præmissâ  
creditoris instantiâ, ut dictum supr. thesi præced. lit. b. Adde Si-  
chard. ad d.l. Consentaneum. n.33. circa finem. Wesenb. d. comm. ff. de  
damno inf. n.7. pag.1022. & seq. circa finem.

2. In dictâ thesi præced. necessariâ ternâ citatione, vel unâ  
peremptoriâ. h.l. nost.8. Wesenb. d. comm. ff. de damno inf. num.7.  
p.1024. ad decretum secundum.

3. Contumaciæ accusatione & probatione, dictâ thesi præ-  
ced. lit. b.

4. Causæ cognitione; Sichard. ad d.l. Consentaneum. n.35. cir-  
ca fin. de decreto secundo, & qvidem ratione i. contumaciæ,  
an videlicet justas debitor habeat absentiæ causas, l. si finita. 15.  
§. si fortè. 22. ff. de damno inf. an sæpiùs citatus non comparuerit,  
d.l. contumacia. 53. §. contumax. ff. de re jud. an legitimis tempo-  
rum intervallis citationes fuerint distinctæ. Wesenb. d. comm.  
ff. de reb. auth. jud. poss. d. n.2. per d.l. si finita. §. nondum autem. ff. de  
damno inf. (qvâ de re videatur Sichard. d. comm. ad l. Consentaneum.  
n.16.17. Berlich. d. conclus. 17. n.8.) nec enim ad secundum decre-  
tum properandum. Sichard. d. comm. n.35. Wesenb. ff. de damno inf.  
in comm. ibid. n.7. pag.1024. ob metum nimirum restitutionis in-  
integrum. d.l. si finita. §. si fortè. ff. d.t.

2. Debiti; de quo creditor fidem facere debet Judicii, cùm  
enim debere sit facti, qvod non præsumitur, sed probatur,  
hinc creditori incumbit in absentiâ debitoris debitum liqui-  
dare, per d.l. cùm proponas. 9. pro debito. 6. C. de bon. auth. jud. poss. l.

qvo appareat, qvid, qvale, quantumvè sit, qvod debetur,  
l. stipulationum. 74. S. certum. ff. de V.O. junctâ l. certum. ff. de reb.  
cred.

(e) Scilicet à dicto Prætore, sive magistratu competente, lit. b.  
supr. b. th.

(f) Objectum; scilicet in qvæ jam est missus, d. thes. præced.  
lit. eadem.

(g) Qvod de jure civili incertum, & judicis arbitrio deter-  
minandum, per l. si finitâ. 15. §. 21. ff. de damn. inf. d. Novell. 53. c. 4.  
§. 1. Wesenbec. d. comm. ff. de rebus auth. jud. poss. n. 4. De jure Cano-  
nico verò certum, nimirum annum, d. c. ult. §. fin. X. ut lite non  
contest. Wesenb. d. comm. ff. de damn. inf. n. 7. circa fin.

(h) l. cùm proponas. 9. C. de bon. auth. jud. poss. Si verò tempore  
redierit, & se defendat, bona, in qvæ erat immisso facta, recu-  
perat, impensis tamen, sine dolo malo à creditore negotium  
gerente factis, præstitis. arg. l. in venditione. 8. §. de tempore. 3. l.  
Prætor ait. 9. §. 1. & 4. ff. de reb. auth. jud. poss. l. si quis. 8. §. pen. C. de  
prescript. 30. vel 40. ann. Auth. & qui jurat. C. de bon. auth. jud. poss.  
Wesenb. d. comm. ff. de damno inf. n. 7. p. 1024. circa medium. Idem ff.  
de reb. auth. jud. poss. d. comm. n. 3.

(i) Non enim latitatio, simpliciter sic dicta, immissionem  
meretur, sed fraudulenta, & cum qvādam ~~wēgāgētē~~ facta. d.l.  
Fulcinius. 7. §. 2. 5. 8. & seq.

(k) Est itaque subjectum hujus immissionis passivum debi-  
tor in contumaciâ & latitatione cæptâ fraudulenter perseve-  
rans. Sic excluduntur omnes illi, qui & ab immissione primi  
decreti immunes dicti fuere thes. præc. lit. b.

(l) Effectus, & quidem primus, nimirum possessio, ad con-  
tradicendum à priori immissione nudæ detentionis: effi-  
citur enim creditor hoc decretô secundô verus possessor, d.l.  
Fulcinius. 7. §. Prætor ait. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. l. cùm propo-  
nas. 9. C. de bon. auth. jud. poss. §. ult. cum usucapiendi conditione,  
d.l. possideri. 3. §. ult. ff. de acqvirend. poss. l. bis qui. 12. l. si finita. 15. §.  
16. l. damni. 18. §. 15. ff. de damno inf. Wesenbec. d. comment. ff. d. r.  
num. 7. p. 1025.

(m) Alter effectus venditio; si nimirum creditor immis-  
sus

fus amplius bona illa nolit, electo pretio, aut si plures sint creditores, qui nolint porrò in communione stare, permisla est venditio, d. l. pro debito. 6. C. de bon. auth. jud. poss. d. l. Fulcinius. 7. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. idq; in loco, ubi defendi quis debuit. l. 1. ff. de reb. auth. jud. possid. impetracione à competenti judice facienda, d. l. cum proponas. 9. in fin. C. de bon. auth. jud. poss. Differentiam juris Saxon. in hāc re vide Landrecht. lib. 1. d. c. 20. Reinhard. diff. jud. 29. Wesenbec. in parat. ff. de damno inf. n. 7. p. 1026.

(n) Causa finalis; Wesenbec. d. comm. ff. quib. ex causis in poss. eatur. n. 9. in fine. Idem n. 7. ff. de damn. inf. d. c. p. 1025.

Atque hæc qvidem de jure communi. De jure Saxonico neutri immissioni locum esse dicit, Wesenbec. d. l. in fin. p. 1026. Et testatur Berlichius d. concl. 17. n. 41. & seqq. de hoc jure paulo graviorem pœnam esse introductam, in contumacem ternis vicibus, vel unâ peremptoriâ citatum, videlicet causæ amissionem, quam rigidam, & quasi saxeam ibi pronunciat ex Christiano Königk c. 37. n. 2. cum hoc tamen moderamine, nisi reus legitimum impedimentum deducat, astipulante Colero in d. process. exec. p. 1. c. 2. num. 12. & seq. ubi dicit de hoc jure reum contumacem, tanquam confessum & convictum, condemnari in causâ principali, & i. qvidem usqvæ ad legitima impedimenta.

2. Si hæc non deducantur, usqve ad executionem, approb. Churfürstl. S. Process- vnd Gerichts- Ordnung. cap. Wie wieder die Aufbleibenden. 10. §. Im fall aber. Adde Dn. Carpzov. p. 1. const. 9. defin. 14. jundâ defin. 16. ibid. qvò benevolentem lectorem brevitatis causâ remissum volo.

## XV.

Tertium in ordine contra contumaces remedium ponitur  
(a) Sententia definitiva, (b) sive progressus in causâ principali usqvæ ad definitivam (c) ex tali definitione forte noscibilis; Sententia definitiva est decisio, (d) solennis (e) facta à Judice (f) competente (g) ad instantiam (h) creditoris præsentis (i) contra debitorem contumaciter ab-

sentem (k) super quæstione, seu causâ in judicium deducitâ, principaliter (l) ad hoc, ut debitor postmodum veniens non audiatur, (m) quod tandem aliquis sit litis finis. (n)

(a) à Saliceto & Sichardo d. comm. ad l. Consentaneum. n. 36.

(b) Sic dicta à definiendo, quod causam definiat, ac terminet, per l. i. l. Paulus. 42. l. judex. 55. ff. de re jud. c. 2. X. cod.

(c) Gail. observ. 60. n. 1. Mynsing. cent. 4. observ. 67.

(d) Genus; ex l. qualem. 19. §. 1. ff. de recept. qui arbit. rec. l. i. C. de exec. rei jud. Wesenbec. in parat. ff. de re jud. n. 3. Treutl. volum. 2. diss. 23. thesi 1.

(e) Forma; ad contradistinctum ab interlocutoria, quæ plerunque nullo servato ordine proferri solet, per d. l. qualem. 19. §. fin. ff. de recept. qui arb. recep. l. quod iussit. 14. ff. de re jud. Fit vero solenniter i. ratione ordinis judicarii, qui strictè servandus d. l. i. C. de executione rei jud. Ceteroqui sententia est nulla, per l. prolatam. C. de sententiis, & interlocutionibus omnium judic. Plura hanc in rem vide apud Eberh. in top. legal. in loc. ab ordine. Positus in his potissimum i. ut fiat citatione debitâ prius emissâ, D. D. ad l. consentaneum. ibi: impletâ juris solennitate. Godofred. Giphanius. ibid. m Sichard. d. comment. in auth. qui semel. C. quom. & quand. jud. n. 16. Berlich. conclus. 17. n. 74. 75. & seq. Coler, p. i. c. 2. n. 16. ejusdemq; insinuationis prius explorata certitudine, pereat, quæ tradit Dn. Carpzov. d. p. i. c. 9. defin. 16. Churf. S. N. Gerichtsordnung. d. cap. 10. ibi: Jedoch daß man. p. 25. 2. Præmissâ litis contestatione, probationibusque receptis, Wesenb. d. comm. ff. de re jud. n. 7. per l. fin. §. pen. ff. quod metus causa. Sichard. ad d. l. Consentaneum. n. 36. circa fin.

2. Ratione Judicis pro tribunali sedentis; Wesenbec. d. comm. ff. de re jud. n. 7. per l. non minorem. 20. C. de transactionibus. Nov. 82. cap. sedebunt. 3.

3. Causæ cognitionis plenariae; d. l. i. C. de execut. rei jud. Plura videri possunt apud D. D. ad d. t. ff. de re jud. Wesenbec. ibid. n. 7. Treutl. d. volum. 2. diss. 23. thesi 4.

(f) Causa efficiens; per l. duo. 28. ff. d. t. l. i. & 2. C. de sent. ex peric. rec. Wesenb. d. l. n. 5.

(g)

(g) Qui enim jurisdictionem non habet, aut incompetens est, frustrà pronunciat, l.i. l. privatorum. 3. C. de jurisd. omnium jud. t.t. C. si à non compet. jud.

(h) Causa ~~equa~~ <sup>equal</sup> gñlñn; Sichard. ad d.l. Consentaneum. n. 36. d. autb. qvi semel. n. 16. Berlich. d. concl. 17. n. 72. Churf. S. N. Gerichts Ordin. d. cap. 10. p. 25. ibi: Viss ferner Beschuldigung.

(i) Sichard. d. l.

(k) Subiectum hujus remedii; Sichardus ibid. adde Salicetum, Giphanium ad d.l. Huc ergò pertinent omnes contumaciter absentes, qvicunqve non legitimis impedimentis excusantur, ut dictum suprà thes. preced. Adde Berlich. d. concl. 17. n. 48. Carpzov. d. p. i. const. q. defin. 7. Principaliter huc pertinet d.l. contumacia. 53. cum seq. ff. de re judic.

(l) Objecitum seu materia; nimirum h.l. solutionis facienda, arg. d.l. l. C. de exec. rei jud. d.l. qvalem. 19. §. 1. ff. de recept. qvi arb. recep.

(m) Effectus; authoritate Sichardi d.l. n. 36. Undè etiam dicitur remedium irrevocabile, ibid. cùm Judex semel dictam sententiam revocare non possit, qvia officio functus est, l. Paulus. 42. l. Judex. 55. ff. de re jud. t.t. C. sententiam rescindi non posse. Qvod ita obtainere videtur in hoc qvidem cap. contumaciæ tām in primā, qvām in secundā instantiā, perl. l. i. C. Quorum appellations non recipiuntur.

(n) Finalis; Wesenbec. d. comm. ff. de re jud. num. 8. per cap. jurgantium. 2. X. b. t. d.l. qvalem. 19. §. 1. ff. de recept. qvi arbitr. recep. l.i. l. post rem. 56. ff. de re jud. Undè constitutum, ut sententia pro veritate habeatur, non secus ac ubi juratum est, Reinhard.

Bachov. volum. 2. animadversionum ad disput. Treutl. disp. 23.

thesi 5. lit. b. per §. item si quis. 11. Inst. de actionib. ut  
ibidem inquit, qvò hīc obtineatur  
finis.

Corol-

# Corollaria.

## I.

Creditor debiti partem ab uno ex tribus reis debendi accipiens, an obligationem divisisse intelligatur, & an reliquam portionem ejus, qui non solvendo factus est, à duobus reliquis exigere possit? Affirmatur prius. Negatur posterius.

## II.

An Tutor non exigens nomina paterna, tempore susceptæ tutelæ idonea, de levi culpâ teneatur? Affirm.

## III.

Si probetur, quod hæres rem aliquam omiserit, vel dolo occultaverit, an beneficium inventarii planè amittat? N.

## IV.

Utrum Notario, afferenti testatorem fuisse sanæ mentis, credendum sit? Videtur negandum.

Δ. T. Θ.



Corollaria

X2615937


KD77



## Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Light Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



A. 1642, 4  
#  
26

Juridicarum  
DA,  
**S JURIS  
ADVERSUS  
TUMACES, MO-  
TITANTES,  
cod. qvom. & qvando Jud. &c.  
boritate  
Ampliss. Dn. Senioris,  
& Excellentiss. inclytæ  
orum in celeberrimâ  
ademiâ,  
I D E,  
Consultissimo,  
**R O P R E I B I S I O,**  
ol. Facultatis Juridicæ, Na-  
væ Virginis Seniore, Sacr. Cæs.  
s Comite, Sacr. Rom. Imperii  
notore suo singulari-  
iendo,  
ilico sistet  
Wraht/GEITHANUS,  
rtii, 1642,  
torum Petrino.**

---

GORII Risschens,